


53
28

DISPUTATIO IVRIS CIVILIS ET PVBLCI,
D E

APPELLATIONIBVS IN CAVSIS NON APPELLABILIBVS,



NOSTRIS:

Von Appellationen in Sachen, da sonst keine Appella-
tion Statt findet, sowol vor Kaysersl. Cammer,
als auch andern geist- und weltlichen Gerichten.



Q V A M

P R A E S I D E

DN. CHRIST. WILDVOGELIO,

ICTO CELEBERRIMO IN ACADEMIA IENENSI, ATQVE
CONSIL. SAXO-ISENACENSI INTIMO,

PRO DOCTORIS GRADV

MORE MAIORVM CAPESSENDO,

PVBLCAE ERVDITORVM DISQVSSIONI

D. X. FEBR. M DCC VII.

SUBIECIT

IO. GEORGIVS HASELHVHN,

ILLVSTRIS, S. R. I. COM. DE RONOV ET BIBERSTEIN CONSIL.
POSTEA CONSIL. AVL. SAX. ISENACENSIS.

NVNC, OB MATERIAE IN PRAXI FORI FREQVENTIAM, RECUSA.



I E N A E,

PROSTAT APVD I. B. HELLERVM, 1755.





CONSPECTVS
TOTIVS DISSERTATIONIS
DE
APPELLATIONIBVS IN
CAVSIS NON APPELLABILIBVS.

Prooemium, pag. 3. 4.

Th. I. Appellatio non malitia, sed gravati remedium est, p. 5. 6.

Th. II. Usus appellationum est frequens. p. 6. 7.

Th. III. Homonymia appellationis, p. 7. 8.

Th. IV. Quotuplici sensu causa in jure sumatur, p. 8.

Th. V. Appellationis in causis non appellabilibus definitio, p. 8. 9.

Th. VI. Causarum non appellabilium divisio, p. 9. 10.

Th. VII. Quidnam ad causas ecclesiasticas referatur, p. 10.

Th. VIII. Non appellatur in decimis, p. 11. Causa, in qua tamen appellari potest, ibid. Quid agendum, si modum excideret collector, p. 12.

)

Th. IX.

Th. IX. *An appellari possit à visitationis decreto, p. 12. Negatur, quia à cultu divino, de moribus corrigendis &c. non datur appellatio, pag. 12. 13. Admittitur appellatio, si 1. Episcopus procedat contra exemptos & privilegiatos, & 2. si sit in correctione nimis rigorosus, ita ut modum excedat, pag. 13.*

Th. X. *An à sententia excommunicationis provocari possit, p. 13. Valet tamen appellatio quoad effectum devolutivum, p. 13. 14.*

Th. XI. *Quid in causis matrimonialibus, p. 14. Rationes tam pro negativa quam affirmativa adducuntur, p. 14. 15.*

Th. XII. *Quotuplex sit causa secularis, p. 16. Quid sit causa summaria, ibid. An testes à juramento injuncto appellare possint, p. 16. Negatur & affirmatur hæc questio, p. 16. 17.*

Th. XIII. *Num à causa coram arbitro decisa provocari possit, p. 17. Negatur, p. 17. 18. Tamen hæc questio cum rationibus, pro affirmativa decisa, legendum, p. 19.*

Th. XIV. *In causis summariis ordinariæ & summariter agi potest, p. 19. 20.*

Th. XV. *An in causa cambiali provocetur, pag. 21. Primo intuitu negatur, ibid. Tamen certo respectu affirmatur, p. 22.*

Th.

- Th. XVI. *An in causis minimis & levidensibus, p. 22. Negatur, ibid. In causis etiam minimis jure canonico provocare licet, p. 23.*
- Th. XVII. *De judicio possessorio, in quo de mera vel adipiscenda, vel retinenda, vel recuperanda possessione agitur, p. 24.*
- Th. XVIII. *An contra inhibitiones locus detur appellationi, p. 25. Rationes pro sententia negativa & affirmativa afferuntur, ibid.*
- Th. XIX. *An appellatio à sententia in summarissimo seu momentaneo lata locum inveniat, pag. 26. Negatur, p. 27.*
- Th. XX. *Appellatio in summarissimo jure civili vtdetur solummodo prohibita quoad effectum suspensivum, p. 28.*
- Th. XXI. *Indicit decem causas, vi earum in judicio summarissimo appellare possit, p. 29 usque ad p. 38. Hæ causæ affirmantur per Resp. Scabinatus Lips. p. 32. & Facult. Jurid. Lips. p. 34. 35.*
- Th. XXII. *An appellationi locus datur in possessorio ordinario, p. 37.*
- Th. XXIII. *Prohibetur appellatio in causis executivis, p. 38.*
- Th. XXIV. *Permittitur tamen appellatio, 1. Si ordo in executione servandus pervertatur, p. 39. 2.*

Si nimis properanter iudex, non observatis requisitis praescriptis, pag. 39. 40. 3. Si executor capere velit pignora a majoris valoris, quam sit debitum, &c. pag. 41. Et 4. Si iudex rei exceptiones, quae in continentibus & sine longo suffragamine, per documenta clara, probari possunt, rejiciat, &c. p. 42.

Th. XXV. *Appellationes in causis alimentorum regulariter non recipiunt, p. 42. seq. Recte tamen provocatur quoad effectum devolutivum, p. 43.*

Th. XXVI. *Appellationi renuncians appellare nequit, p. 43. seq. Et tamen, si procurator speciale mandatum non habet appellationi renunciare &c. non prohibetur, p. 44. 45.*


Th. XXVII. *An contumax condemnatus appellans audiri debeat, p. 45. Si tamen legitima omissa fuerit citatio, &c. non denegatur provocationis remedium, p. 46. Confirmatur praedicta exceptio per Respons. à Scabinatu Lips. p. 46. 47.*

Th. XXVIII. *An à sententia interlocutoria detur appellatio, p. 47. Negatur, ibid. Conceditur appellatio tamen de jure civili, 1. quando gravamen citra provocationem non reparari possit, p. 48. 2. Quando interlocutoria tangit substantiam negotii principalis, ibid. 3. Jure canonico, quia illo jure à quocunque gravamine appellare licet, ibid.*

Th. XXIX. *An à tribus conformibus sententiis provocare possit, p. 49. Negatur, quia is, qui succubuit in duplici appellatione, non potest tertio appellare super eisdem articulis, ibid. Sed recte hoc casu appellatur jure Camerali, & jure Saxonico, ibid.*

Th. XXX. *An in causis criminalibus locus detur appellationibus, p. 49. 50. Negatur ob generalem inveteratam consuetudinem, p. 50. Verum si causae criminales per modum accusationis tractentur, recte provocatur jure civili, ibid.*

Th. XXXI. *Sicut epilogum, p. 51. seq.*



I. N. D. N. I. G.

Annus jam agitur secundus, ex quo Viri
cujusdam illustrissimi suasu, loco inau-
guralis, ut vocant, disputationis, DE
ABBREVIANDA LITE, disse-
rere mecum constitueram. Nec infeliciter succede-
bat labor, non ita pridem inceptus, cum amplissima
dicendi materia sese offerret ubique. Sive enim ad
personas judicium, tum principaliter, tum accesso-
rie, constituentes, sive ad ipsam processus formam
respicerem, non pauca deprehendi proferenda. U-
niversa tractatio tres sistebat sectiones, quarum pri-
ma: quomodo lites abbreviande sint quoad judi-
cem; secunda: quoad partes seu Advocatos; ter-
tia: quoad formam processus. In prima Sectione,

occasione l. 127. §. 2. ff. d. V. O. ubi iudex vir bonus
 eo dicitur, quod boni & innocentis viri officio fungi
 oporteat l. 4. §. 1. ff. famil. ercisc. pluribus egi, quid
 summo imperanti ratione iudicis eligendi, constitu-
 endi, & tandem constituti incumbat, voto pio adje-
 cto, ut Leges Codicis de iniquo iudice sparsim exstan-
 tes ad debitum usum revocarentur. Hucusque in
 elaborando perveneram, cum laborem in immensum
 excrevisse, meque limites dissertationis non leviter
 excessisse viderem. Restabant sectiones posteriores
 cum suis membris, nec minor in iis dicendi copia.
 Verum enim vero plenam, speciminis inauguralis
 loco, tractationem scribere, animus haud erat.
 Hinc mentem ob hanc & plures rationes lubens mu-
 tavi atque praesens thema **DE APPELLATIO-
 NIBVS IN CAVSIS NON APPELLA-
 BILIBVS** quotidianum, Patroni maximi consi-
 filio, selegi. Quod sine ulteriori proloquio in nomi-
 ne Domini nostri Jesu Christi aggredior, eumque ut
 velit laboris mei principium esse medium ac finis, sup-
 plex veneror.





THESIS I.



Quamvis ea litigantium sit malitia, ut quocumque modo iudex inferior pronunciataverit, ad appellationes seu alia remedia impugnativa descendant, *vid. R.I. d. anno 1654. §. 120.* non ex alia ratione, quam ut adversarium defatigare, majoribus sumtibus vexare, ut tandem cedat, ipsique re injuste possessa, pendente appellatione, frui possint: de quibus conqueritur *Ordinatio Cameralis d. A. 1555. p. 2. tit. 28. §. 3.* Dazu, diemeil ie zu Zeiten, die Partheyen mehr aus Muthwillen, und zu Aufhalt- und Hinderung der Execution, gesprochenen Urthel, und damit sie etwa ihre Gegentheil zu endlichen Verderben und Verlassung der Sachen, oder zu ungebührlichen Verträgen dringen, oder desto länger in Niesung der Güther sitzen bleiben, dann aus Nothdurfft appell ren &c. Exinde tamen dicendum minime est, remedium appellationis ideo introductum, ut appellantis defenderetur malitia & cujus-

que iustitia deprimetur : Sed ideo potius, ut iniquitas, error & imperitia iudicis corrigatur *l. 1. ff. d. appellat.* prætermissum in prima instantia suppleatur *l. 6. §. 1. C. d. appell.* & gravamen cuiusque legitimum removeatur. *c. suggestum. 15. d. appell.*

Th. II. Quæ cum ita sint, usum appellandi frequentem & necessarium esse, *per l. 1. ff. d. appell.* & à quavis causa appellari posse, modo id expresse non prohibeatur, *l. 20. C. de appell.* nemo inficias ibit. Equidem statuunt Dd., quos inter numerari potest Schwendendörfferus *ad Fibigium*, non omnes causas appellabiles esse, quas illis versibus comprehendi putant, qui à Brederodio *Tract. d. appell. Tit. 19.* ponuntur :

*Appellare vetant scelus, excellentia, pacta,
Contemptus, minima res, interdictio facta,
Arbitrium, res quæ perit, & sic longius acta.*

Denegatur itaque juxta hos versus appellatio (1.) ob scelus, nimirum si quis, ne crimen publicum puniatur, appellationem interponeret. (2.) Ob Excellentiam, scil. principis, ab hoc enim non appellatur, quia is superiorem non habet. (3.) Ob pactum inter partes, ne appelletur, initum. (4.) Ob contemptum, h. e. quando litigans coram iudicio non comparet, sed contumaciter emanet : **Contumax**

tumax enim minime auditur. (5.) Ob minimum; h. e. rem levissimam, ut puta in causis rusticis. (6.) Ob interdictionem factam, quando à delegante, ne appelletur, inhibita est. (7.) Ob arbitrium, quia ab arbitro appellari nequit. (8.) Ob rem quæ perit, super re enim deperitura non appellatur. (9.) Ob rem longius actam h. e. quando in tantum prolongata seu prorogata est appellatio, ut intra dies decem non sit interposita. Brederod. *d. l.* Sed his versibus causas inappellabiles non esse enumeratas omnes, autor est Sigism. Scacc. *d. appell. qu. 17. Lim. 1. in pr.* Cui & nos subscribimus. Interim dari casus, in quibus non obstante prohibitione, appellatio admittitur, negari haud potest. Hos itaque, quia quotidiani sunt, ut loquitur Paulus in *l. 25. ff. d. liber. leg.* plenius attingemus.

Th. III. Sed antequam progredimur ulterius, explicemus terminos in rubro dissertationis nostræ allatos. Turpe enim est, prius determinare, quam terminos explicare, inquit Angel. *Consil. 110. pr.* & verbis bene intellectis melior omnis procedit disputatio. Gvil. Grot. in *Enchirid. Jur. Nat. c. 1. n. 1.* Vocabulum *appellationis* ambiguitate quadam laborare, ex vario ejus significatu satis apparet. Accipitur enim vel *grammaticè* pro nominare,

nare, vocare, nomina imponere, ut ex Lexicis notum est: vel *juridice*, & hoc modo iterum vel improprie, pro eo, quod alias dicitur, aliquem in judicio convenire *l. 29. ff. d. judic.* vel proprie, & idem est, ac implorare auxilium superioris adversus injurias magistratus inferioris. Eckold. *ad tit. ff. d. appell.* quæ consideratio hujus loci est. Plura qui desiderat, adeat Scacc. *d. appell. qu. 1. n. 3. seqq.*

Th. IV. Quotuplici sensu *causa* in jure sumatur, ex Calvini Lexic. Juridico videre est. Nosse nunc nobis sufficiat, quod hic per causam nihil aliud, quam negotium in judicium deductum, seu lis vel controversia intelligatur. Causa vero, quæ ita comparata est, ut, jure sic volente, non admit-
tat appellationem, dicitur *non appellabilis*.

Th. V. Hisce præmissis, methodi ratio svadet, appellationis in causis non appellabilibus definitionem addere. Est autem nihil aliud, quam actus irregularis, quo inferioris judicis sententia aliudve factum iniquitatis arguitur ac superioris decisioni legitime committitur. *vid. Struv. Syntagm. Exerc. L. Tb. 2.* Notanter dixi (1.) quod sit *actus irregularis*, quia in causis inappellabilibus regulariter non admittitur appellatio, nisi certis ex circumstantiis, ut infra patebit. Observari meren-

tur (2.) verba: *legitime committitur*. Attendi enim debet Ordo, Tempus & Modus. Primum quod atinet, requiritur, ut fiat gradatim, haud omisso intermedio, inde non per saltum *l. 12. pr. §. 1. ff. de appell. l. 32. C. eod. Nov. 23. c. 3. c. 66. X. d. appell.* quia alias iudicum jurisdictiones confunderentur, contra *l. 4. C. d. Jurisd.* unde eo casu appellatio ad iudicem remitti debet. Illustr. Dn. L. B. de Lyncker. *Dec. 890.* Excipiuntur tamen aliquot casus, in quibus appellatio per saltum recipitur (1.) si medius iudex appellanti manifeste jus deneget. (2.) Si intermedius sit suspectus vel inhabilis. (3.) Ipse causam ad superiorem remittat. *Gailius l. Observ. 119. Mev. p. 3. dec. 384.* Quoad secundum, necesse est, ut debito tempore, h. e. intra decendum, quod à momento sententiæ latæ in momentum currit, appellatio interponatur. *Auth. Hodie C. d. appell.* superiori presentetur & tandem justificetur. *vide Process. Ordnung.* Quoad tertium, interponi debet vel viva voce, vel in scriptis, de quibus omnibus infra pluribus acturi sumus. Sed ex diverticulo reversi ad viam, causas non appellabiles, & quousque appellatio admittatur, persequemur.

Th. VI. *Causa non appellabilis*, in iudicium quæ deducitur, est vel *ecclesiastica* vel *secularis*: &

hæc vel civilis vel criminalis. Struv. *Syntagm. Ex. IX. Thes. 61.* Inde pro conditione & qualitate earum tractantur illæ vel in foro ecclesiastico, h. e. consistorio (ut auditur hodie) vel seculari, & hic vel civiliter vel criminaliter. Struv. *d. l.*

Th. VII. Ad causas ecclesiasticas referuntur illæ, quæ jure episcopali expediri solent. Hujus autem juris à Canonistis tria constituuntur capita. Vel enim concernunt *ordinem*, quo spectat potestas prædicandi, sacramenta administrandi, loca sacra erigendi, &c. &c. & hujus generis alia, vel *Legem Diocesanam*, quæ consistit (1.) in subjectione & reverentia, quam omnes de Diocesi Episcopo præstare tenentur. (2.) In administratione bonorum ecclesiæ mobilium & immobilium. (3.) Decimarum perceptione aliisque &c. &c. *vid. omnino Carpz. Jurispr. Conf. Tit. 1. def. 4. vel Jurisdictionem* quo pertinet episcopalis audientia, vi cuius princeps tanquam episcopus, vel ejus loco Consistorium, in tota sua Diocesi causas Clericorum omnes, Laicorum vero spirituales saltem audit & decedit. *l. 35. C. de Episc. & Cler. Carpz. d. l.* Rebus ecclesiasticis annumerantur & causæ matrimoniales, quoad institutionem & mysterium ecclesiæ & quatenus calus conscientiæ concernunt.

Carp-

Carpzov. *Lib. 2. Jurisprud. Eccl. def. 1. Struv. d. Exerc. th. 57.*

Th. VIII. **Causam itaque decimarum ad ecclesiasticas pertinere, ex antea dictis patet. Sed quæritur: An in decimis locum habeat appellatio? Et deciditur plerumque, quod non, nec appellatur in causa decimæ, per c. Tua nobis. 26. in fin. de Decim. Speculat. in tit. d. appellat. §. in quibus. vers. 4. n. 5. ibi. Si ergo non appell. Maranta in Specul. part. 6. art. 2. in verbo: Et quandoque appell. L. 15. n. 30. Brederod. d. appellat. part. 1. tit. 19. in verbo Decima. Veluti enim nec in causa pia, nec tributorum appellatur, sic videtur quod nec in decimis, quæ piis annumerantur causis, Scacc. d. appell. qu. 17. lim. 18. & sunt tributa animarum. d. c. 26. d. decim. c. decima 66. caus. XVI. qu. 1. ibique Gloss. Brederod. d. l. ubi à camera imperiali decisum fuisse, quod à sententia super decimis lata, appellari non possit, ex Mynsingero refert. Verum enim vero & in hac causa appellatio admittitur, si forte quis exemptionem à superiori adeptam, seu legitimam compositionem, in vim exceptionis litis ingressum impediens, opponere, eamque in continenti docere velit, nec tamen audiretur. Sic enim omnino ab hoc gravamine provocare liceret. Ruginell.**

de appell. §. 2. n. 256. Scacc. d. appell. qu. 17. Limit. 18. Nec denegatur appellatio à sententia, inter duas ecclesias de jure decimandi contententes lata, ob favorem, qui utrinque deprehenditur, *Scacc. d. l. num. 3.* Quid si collector excederet modum? & tunc appellatio locum invenit, *arg. l. 5. C. quor. appellat. recip.* quia ab omni excessu appellari potest. Licet enim quis consentiat sententiæ, tamen non intelligitur consentire excessui, modo seu formæ in exequendo. *Rebuff. in tract. d. sent. execut. art. 7. gloss. 12. n. 4. fall. 1. Tom. 1. fol. 373.* Accedit, quod in eo, quo quis excedit, desinat esse executor. *Gregor. Tholos. d. appell. Lib. 2. c. 11. n. 2. Scacc. d. appell. qu. 17. Lim. 10. n. 28. & Lim. 11. n. 6.*

Th. IX. Jura Episcopalia tenenti incumbit cultum ordinare divinum, in mores tum parochorum, tum parochianorum, inquirere, & si opus, visitationem ad corrigendos mores decernere. Hinc quaeritur: an à visitationis decreto detur appellatio? Negativam communiter tenent Canonistæ, *Lancell. d. attentat. Lim. 18. n. 6. f. 370.* & sic disponit Concil. Trident. *c. 10. Sess. 24.* ob rationem à *Scaccia d. appell. qu. 17. Lim. 26.* allegatam, quod in Visitatione agatur de cultu divino, de moribus corrigendis & favore ecclesiæ: ne itaque de his quid

quid pereat, vel diminuatur, ab illo decreto, uti à decreto per modum provisionis, non datur appellatio. Rebuff. *d. sent. provis. num. 37. in pras.* Admittitur tamen appellatio, si (1.) Episcopus procedat contra exemptos & privilegiatos, tunc enim gesta revocantur. (2.) Si sit in correctione nimis rigorosus, ita ut modum excedat; nulla enim causa est, in qua prohiberi potest provocatio ab excessu. Scacc. *qu. 17. lim. 10. n. 28.* Necessè tamen est, ut gravamen in schedula appellationis exprimatur, atque sic appareat, appellatum esse in calu concesso. Franch. *in c. 3. n. 4. d. appell.*

Th. X. An à sententia excommunicationis provocari possit? quæritur. Quod iterum negatur à Canonistis, quia hæc sententia secum trahit executionem. *c. 53. §. verum quia. d. appell. c. per tuas. 40. de sent. excomm. c. is cui 29. eod. n.* Decius *in c. reprehensibili 26. num. 20. d. appell.* Nimirum speciale est in sententia censuræ, tanquam pœna medicinali, ut ejus effectus per appellationem non suspendatur, ne prætextu frivolæ appellationis impediretur correctio. Abb. *in c. 53. num. 7. d. appell.* Verum licet à sententia excommunicationis provocari haud possit, quoad effectum suspensivum, valet tamen quoad devolutivum, in tantum, ut su-

p̄rior ad quem, de toto negotio cognoscens, excommunicatum absolvere possit. Farinac. in 99. crim. qu. 101. n. 68. c. 40. de sent. excomm. Recte etiam à præcepto, sub pœna excommunicationis facto, provocatur, quoad effectum suspensivum, ita ut pendente appellatione, facta excommunicatio nulla sit. c. 52. d. appell. nec denegatur appellatio eo in casu, quando sententia intolerabilem & patientem continet errorem. Farinac. d. l. n. 69. vid. Scaccia Limit. 23.

Th. XI. Appellationem in causis matrimonialibus haud habere locum, asserendum videtur. Has enim esse summarias nec diu differendas, opinatur. Marant. in spec. p. 4. dist. 9. n. 172. cui accedere existimatur Ordin. Eccles. Tit. von Consist. Sachen c. 8. Sonderlich aber keine Ehesachen muthwillig aufziehen lassen, sondern zu Verhütung Beschweriß der Gewissen, und anderer daraus folgenden ungebührlichen Sachen, jederzeit den Proceß befördern, und endlich gebührenden Bescheid wiederfahren lassen. Si igitur hisce in causis sine strepitu iudicii procedendum, ut ait Beust. de Connub. p. 1. qu. 22. omnino appellandi facultas deneganda erit, quippe quod multum temporis contumitur appellationis remedio. Accedit quod
hæc

hæc causa sit ecclesiastica c. 35. qu. 6. c. 13. l. 16. & l. pen. C. d. Epif. audient. Reink. de regim. sec. & eccles. Lib. 3. class. 1. c. 10. n. 20. quæ celèrem requirit expeditionem. Ord. Eccl. d. l. Sollen unsere Consistorialien, daß denen Sachen schleunig abgeholfen, und sonderlich mit allen Treuen verhüten, daß die Parthenen mit Weitläufftigkeit nicht beschwehret werden; quin & pia, dum versatur circa conscientiam, ut supra ex Ord. Eccl. dictum est. Omne id vero quod pium est, celeriter executioni mandandum: quod autem celeritatem requirit non recipit appellationem. l. 7. ff. de appell. recip. l. non. Scaec. d. appell. qu. 17. Lim. 48. Hisce tamen non obstantibus, recte in causis matrimonialibus appellatur: quo majoris enim præjudicii & momenti causa est, quæ in judicium deducitur, eo minus denegandum appellationis, quo gravato succurritur, remedium. arg. l. 17. ff. de minor. Carpz. dec. 240. Nec excipiuntur causæ matrimoniales ullibi in jure ab appellatione, cum de jure canonico, ab omni gravamine provocare liceat, quod Jus Saxones hoc in passu sequuntur. Colerus dec. 269. n. 2. Finem porro appellationis si consideremus, non aliam ob causam illa admittitur, quam ut gravatus exactius meliusve se defendat, defensio vero, cu-
jus

ius species dicitur provocatio, Maranta *in specul. part. 6. §. Et quandoque. n. 278.* deneganda est nemini. *l. 3. ubi Jason. n. 17. ff. d. just. Et jur. l. 1. ff. de quadrup.* His rationibus & experientia edocti, in matrimonialibus dari appellationem firmiter concludimus. Videatur Carpzovius *d. dec. 240.*

Th. XII. Causa secularis vel civilis est vel criminalis, *vid. tb. 6. supra*: Civilis iterum vel summaria vel ordinaria. Qualis autem causa sit summaria, magis ex observantia, quam ex lege scripta determinandum est. Ultra quinquaginta recenset Philipp. *in dissert. de demonstr. von der Bescheinigung c. 3.* longoque agmine eas passim adducunt Dd. Centum & quinquaginta refert Jacob. Schult. *in obs. 3.* quibus quadraginta addit, jureque ac autoritatibus Dd. corroborat Zanger. *d. except. p. 1. c. 1. n. 90.* nec multo pauciores adducuntur à Carpzovio *proc. tit. 1. art. 1. n. 47.* Dicitur autem causa summaria, in qua de simplici & plano absque strepitu & solenni figura judicii proceditur. Carpz. *proc. tit. 1. art. 1. num. 16.* Quæritur hic: an testes in causis summaris à juramento per decretum aut sententiam inuncto appellare possint? Quod negatur à Baldo & Angelo *in l. milites. C. de testament. milit.* nec obloquitur forensis observantia, cum testibus

tibus injuratis fides habeatur nulla, & juramē-
 tum fit de forma probationis per testes peragendæ.
l. 9. C. de testib. c. hortamur. qu. 9. Hinc formula
 sententionandi: **W**ürden die Zeugen ihre *sum-*
marische Aussage vermittelst Eides, inmassen
 ihnen zu thun oblieget, wiederholen, so ergehet 2c.
 Sed affirmativa eo in casu locum habet, si partes te-
 stibus juramentum remiserint, quod fieri omnino
 potest. *c. 39. X. h. t. Gail. l. Obs. 101. n. 5. Eckold.*
ad tit. ff. d. test. §. 4. Nullus enim dubito, quin ju-
 rata testium depositio in favorem partium intro-
 ducta sit, juri autem & favori pro se introducto
 quilibet renunciare valet. *l. 41. ff. d. minor. l. 46. sub*
fin. ff. d. pæd. Subditus quoque, qui testimonia
 dicere debet contra dominum, nondum re-
 misso, quo adstringitur domino, juramento, recte
 provocat. *Carpz. p. 1. c. 16. d. 64. Eckold. ad Tit.*
d. test. §. 3. Interponi etiam appellatio potest ab
 uxore in causa mariti & vice versa; si veritas aliter
 haberi queat. *Carpz. d. l. def. 51.* quin & à curatore
 minoris in causis criminalibus. *Eckold. d. l. §. 4.*

Th. XIII. Tractatur causa summaria vel
 coram arbitro, vel iudice ordinario. Ubi discep-
 tatur: Num à causa coram arbitro decisa provo-
 cari possit? Quod negative deciditur *in l. 1. C. d.*

rec. arb. l. 27. §. 2. ff. eod. Rationem subministrat Eckold. *ad tit. ff. dict.* quod appellatio eo fine interponi soleat, ut iniquitas sententiæ corrigatur. *l. 1. ff. d. appell.* arbitri vero sententia ob compromissum corrigi nequeat. *d. l. 27. §. 2. de recept. arbitr.* sibi que imputet, qui compromisit. Eckold. *d. l.* An hæc ratio adæquata sit, non immerito dubitatur. Stringentiorem, meo iudicio, cur appellari non possit, hanc refert Scacc. *d. appell. qu. 17. Lim. 13. n. 2. sub fin.* quod sententia arbitri non sit sententia jurisdictionalis, transfertur enim jurisdictio à iudice à quo, ad iudicem ad quem, quod in arbitro dici non potest, dum fundamentum, h. e. jurisdictio deficit. *ibid. in med.* Et hæc ratio esse videtur, quare etiam iure Canonico ab arbitro haud appelletur. *e. à iudice. caus. 2. qu. 6. nec obstat e. sane. ibid.* cui negationem inferendam aliqui suadent; sed textus minuendo & addendo corrigere privati haud est. Hinc Schwendendörffer. *ad Eckold. in tit. ff. d. rec. arbitr. §. 8.* distingvit inter electum iudicem sine compromisso, à quo appellari possit, *l. 23. pr. ff. d. appellat.* quod concedo, si iudex jurisdictionem habens electus fuerit: & inter electum cum compromisso, à quo appellatio non valeret. *vid. Eckold. d. l.* Equidem Carpzovius *Proc. tit. 2.*

art. 3. n. 49. appellationem, si laudum arbitrorum manifestam & evidentem iniquitatem læsionemve enormissimam contineat, concedendam, ex Gail. *lib. 1. obs. 150. n. 9. seqq.* statuit; sed pace tanti viri dixerim, quod eo in casu non tam appellatio, quam reductio seu querela simplex locum habeat, ob rationem supra ex Scaccia allegatam. Quapropter recte quis provocat ab arbitro juris & electis ex necessitate statuti, ut puta, quibus lites certarum personarum, ut parentum, liberorum aut alias arcta cognatione sibi invicem conjunctarum, committuntur. *l. 9. ff. qui satisdat. cog. l. ult. in fin. C. d. judiciis.* Quo referri non incommode possunt Arbitri Austregarum, qui ex publica imperii lege & necessitate inter Status immediatos imperii electi judicant. Besoldus *in thesaur. pract. verb. Illustrage.* vid. *Cammer-Gerichts-Ordnung zu Wormbs d. anno 1525. tit. 33. R. I. d. anno 1654. §. 105. & 168.* Arbitrarius enim & electus ex necessitate statuti jurisdictionem sicut iudex habere dicitur. Brederod. *d. appell. sub voc. arbitrarius.* Scacc. *qu. 17. lim. 12. n. 3. & 5.*

Th. XIV. Coram iudice ordinario, si causa summaria agitur, in ea vel summarie vel ordinarie, h. e. secundum formam & modum legibus

praescriptum proceditur. Zanger. *d. except. p. 1. c. 1. n. 56.* Summarium enim in ordinarium converti posse, Carpzovius *Pr. tit. 1. art. 1. n. 56.* & Brunus *pr. civ. c. 1. n. 19.* non immerito allerunt. Quis sublebit ad Fibigii processum Schwendendörff. *Quin imo, inquit, causa per se ordinaria potest etiam fieri summaria, adeoque tractari in processu summario, si nimirum omnia facta per documenta in continenti possint demonstrari, vel ex legis dispositione. Resol. grav. tit. von Justitien-Sachen §. 8. vel partium conventionione. Et hinc processus est talis vel ex se & sua natura, tam propter conditionem personae quam causa, vel ex accidenti, tam ex superioris dispositione, quam litigantium compromisso & conventionione sed explicative tantum & exemplificative. Hucusque d. Autor. Sed hisce missis, causas summarias appellationem non recipientes perillustraturi, deprehendimus in istis causis differentiam quandam; quaedam enim sunt magis summaria, quaedam minus summaria. Haec nullam processus formam, sed qualequale ad deliberandum spatium desiderant, ita ut oralis etiam citatio sufficiat. *vid. Chur-Sächs. Policen-Ordnung d. ann. 1661. tit. von Injurien-Sachen.* Quo & pertinent causae studiosorum & levidentes. Illae vero*

vero proxime processui ordinario accedunt, & in citatione ad minimum spatium trium septimanarum & plenam exigunt demonstrationem.

Th. XV. Ad causas itaque minus summarias haud immerito referri meretur causa cambialis, quia extra strepitum iudicii, productis literis cambialibus, debitor confestim cogitur satisfacere creditori, & facta registratura hunc in modum: Heute *acto* den 3. Febr. 1707. erscheint vor hiesigen löblichen Stadt-Gerichten zu Lederhose, Mercurius Dürsten-Sohn, produciret einen Wechsel-Brief auf 1000. Thlr. contra Pämpbili-um Eichel, und bittet, daß er in Person auf morgenden Tag möchte citiret werden, worauf die Citation dem Frohnen anbefohlen worden 2c. 2c. ortenus citari potest. Hinc quaeritur: An in hac causa minus summaria reus, appellare possit? Et respondetur, quod non, R. I. d. anno 1554. § Als auch bey denen Handels-Städten. vid. Churs. Sächsis. Wechsel-Ordnung. Literarum enim cambialium solutio dilationem non recipit. Eligans responsum ad potentiss. Saxon. Electorem à Scabinis Lips. transmissum, vid. apud Rivinum in *Enunciatis* pag. m. 1441. Accedit, quod debitor praecise, statuto in literis cambialibus die, solutio-

nem præstare, aut in iudicio manere teneatur. *ibid.*
 Carpz. II. *Respons.* 92. n. 15. His tamen non ob-
 stantibus, recte in primo termino à citatione, sub
 prætextu fori incompetentis, appellari potest, non
 quidem ad effectum, ut loquuntur, devolutivum,
 bene tamen suspensivum, ita ut manus iudicis tam-
 diu ligentur, donec apostoli refutatorii ad iudicem
 superiorem fuerint transmissi & remissoriales ite-
 rum exhibiti. Mevius p. 9. *Dec.* 39.

Th. XVI. Causis minus summariis porro
 adnumeramus causas minimas & levidentes; quæ
 autem ita dicantur, videndum in *Gloss. ad auth.*
Nisi breves. C. d. sentent. ex peric. recitand. Scaccia
d. appell. qu. 17. lim. 29. n. 4. Nos eam determi-
 nandam relinquimus arbitrio iudicis, cum dicit.
Glossa in auth. nisi breves. qui ex litis quantitate ju-
 dicium de causæ parvitate ferre debet. Jason. *in l.*
31. ff. d. jurejur. n. 232. Quæritur autem: An in
 his causis modicis ac minimis appellari possit? Ne-
 gatur jure civili. Brederod. *d. appell. tit. 19. in verb.*
causis minimis. Scacc. *d. appell. qu. 17. lim. 29.* Ob
 hanc forte rationem, quia publicæ utilitati haud ex-
 pedit, ut appellatio admittatur, in qua plus expen-
 ditur, quam sit valor totius causæ. Ruginell. *d. ap-*
pell. c. 3. §. 2. n. 604. in verb. modicum. Hinc etiam
 fieri

fieri credo, quod in præfectura Sulensi pro audien-
 tiis oretenus factis nihil exsolvatur, sed gratis eas ex-
 pedire præfectus teneatur. Dictis quidem obstare
 videtur. *l. 20. C. de appell. ibi: Et in majoribus Et mi-
 noribus appellandi facultas est.* Ast respondetur:
 per majora negotia ibi intelligi res criminales, per
 minora res civiles, *l. 20. C. Theod. d. appell.* unde lex
 opposita desumpta est, & *argum. l. 14. C. b. t. Bre-
 derod. d. l.* Cæterum in Camera Imperiali appel-
 latio non admittitur, nisi sit summa appellabilis, h.
 e. juxta *R. I. in hac causa Noviss.* ultra 400. flor. Rhe-
 nan. *vid. d. R. I. de anno 1654.* Sed hodie Jure Ca-
 nonico ab omni gravamine, in causis etiam mini-
 mis provocare licet. *c. 11. d. appell.* modo causa ex-
 primatur rationabilis. *Franch. in c. pastoralis. 53. n.
 3. d. appell.* Quia appellatio fundatur super inju-
 stitia sententiæ, & iniquitate judicii, injustitia & ini-
 quitas vero possunt accidere in minimis æque ac
 majoribus. *Gloss. in d. c. d. appell.* Et hoc jus se-
 quuntur Saxones. Verum utinam apud nos etiam
 in causis minimis circumciderentur appellationes,
 nec tot cavillationes & imposturas causidicorum
 videremus, tantamque judicum negligentiam
 quandoque incitiam deprehenderemus, ut sæpe
 audiamus, majores fieri expensas, quam sit valor
 causæ:

causæ: non imponitur finis liti, nisi alter ex pauperibus litigantibus reducatur ad mendicitatem, ut conqueritur suo tempore Scaec. *d. appell. d. l.*

Th. XVII. Judicium, in quo ventilantur causæ magis summariæ, dicitur alias possessorium, ubi de mera possessione vel adipiscenda, vel retinenda, vel recuperanda agitur. Hinc orta triplex illa judicii possessorii divisio, nec enim quarta conservandæ possessionis, ut voluit *Baldus à Menochio de adipisc. vel amitt. poss. prætud. sup. remed. retin. poss. n. 14. & seqq.* notatus, agnoscitur. Dividunt Dd. possessorium in ordinarium, in quo, judicii ordine servato, proceditur, & principaliter atque absolute de possessione partium disceptatur, plenæque probationes requiruntur. *Carpz. proc. tit. 1. art. 5. n. 33.* & summarium, quod etiam momentaneum & summarissimum appellatur. *Carpz. d. l. n. 39.* in quo non jure actionis, sed per officii judicis implorationem, possessio, aut potius principaliter facta possessionis turbatio, in judicium deducitur, sine figura aut strepitu judicii, absque libello & liti contestatione, *Menoch. remed. ult. retin. poss. n. 27. seq.* *Gail. Lib. 1. obs. 7.* seu ut *Carpzovius d. l. n. 48.* ait, in quo non expectato juris ordine celeriter & summarie est procedendum. *l. 1. C.*

si per

si per vim aut. alio mod. absent. turb. poss. ibi. sine ulla cunctatione.

Th. XVIII. In possessionis retinendæ judicio agitur dupliciter: vel mediante actione possessoria ex interdicto uti possidetis & utrobi; vel mediante petitione inhibitionis pœnalis à judice faciendæ, quæ ut plurimum fit à Curiiis provincialibus. Carpz. *d. l. n. 49.* Schwendendorffer. *ad Fibig. n. 505. p. m. 1218.* & tunc quidem, si à parte actoris possessio, à parte rei turbatio possessionis demonstrata fuerit. Carpzov. *in process.* Sed quæritur: An contra inhibitionem locum habeat provocatio ad superiorem? quod negatur. Schwendend. *ad proc. Fibig. p. m. 1232.* Quia semper frivola videtur appellatio absque ullo gravamine interposita, cum in rei arbitrio sit, parere vel non, causamque non factæ partitionis & jura suæ possessionis in termino deducere. Carpz. *proc. tit. 17. art. 4. num. 25.* Interim tamen recte appellatur contra inhibitionis formalitatem, quando scilicet casus non adest inhibitivus, v. c. in criminalibus, in his enim inhibito minime decernenda est, tum, quia causæ criminales in curiis provincialibus non recipiuntur neque tractantur. *Ordin. Prov. d. anno 1605. Tit. Wer vor Unser Appellation-Gericht geladen, auch was S. 15 D Ch. II*

chen daselbst angenommen und gerechtfertiget werden mögen: tum, quia bono expedit publico, ut omnis via protrahendi processum inquisitorium delinquentibus præcludatur, *arg. l. 4. §. 2. ff. d. nox. act.* Hinc pronunciandi formula: *In Appellation* Sachen *re. re.* erkennen wir, daß die *Appellation* ihrer *Formalien* halber beständig, dero- wegen diese Sache zu gebührender Erörterung an uns erwachsen, die *Materialia* belangende, erschei- net aus den Acten so viel, daß die ausgebrachte *Inhibition* gestalteten Sachen nach billig *casfret* wird, inmassen wir dieselbe hiermit *casfren* und aufheben. *B. R. W.* *Provocatur & tunc*, si *in-* *hibitio sine prævio monitorio sit decreta, vel clau-* *sula justificatoria destituta.* Schwendendörffer. *ad* *Fibig.* *Nec denegatur appellatio ab inhibitionis* *sententia, sive sit confirmata, sive cassata, sive et-* *iam in vim simplicis citationis resoluta: toties e-* *nim appellari conceditur, quoties sententia infert* *damnum irreparabile, seu quod difficulter reparari* *potest.* *Carpz. d. l.*

Th. XIX. *Cæterum quæstionis admodum* *gravis est: An appellatio à sententia in Summaris-* *simo seu momentaneo lata locum inveniat? Ne-* *gative deciditur à Carpzovio, Pr. tit. 17. art. 4. n.*

26. id quod satis jure civili expeditum videtur, per
 claram & manifestam Impp. Valent. Theod. & Ar-
 cadii Sanctionem in *l. un. C. si de moment. poss. fuer.*
appell. quam sententiam amplectitur. Gail. *Lib. I. obs. 7. n. 7.* Menoch. *retin. poss. remed. ult. num. 48.*
 Scacc. *d. app. qu. 17. Lim. 6.* Clud. *rer. quot. c. 7. n. 78.* ubi id ex Menochio extendit, ut appellatio
 neque quoad effectum suspensivum neque devo-
 lutivum valeat. Scacc. *d. l. m. 2. n. 3.* quod & jure
 Canonico quoad utrumque effectum procedere
 nonnulli statuunt, uti videre est apud Clud. *rerum
 quot. num. 70.* Nec huic decisioni contrariatur Jus
 Saxon. hinc dispositioni juris communis standum
 esse, elegantissime docet Andr. Rauchb. *p. 2. q. 6. n. 8. & seq.* cui observantia fori accedit, teste Carpz.
d. l. Rationes hujus assertionis hæ assignantur (1.)
 quia causa summarissimi possessorii celeritatem
 quandam desiderat, ne ad arma veniant partes *l.*
fin. ff. d. app. rec. l. non. Ordin. Cam. p. 2. § ult. tit. 21.
 quam rationem specialem in judicio summarissi-
 mo appellat Contard. *in d. l. un. si de mom. in 4.*
rat. dec. n. 4. alias id, quod beneficio celeritatis ad-
 inventum, subduceretur injuriis tarditatis, per *l.*
22. C. Theod. quor. appell. non rec. (2.) Quia dam-
 num in hoc judicio facile potest reparari in posses-

lorio ordinario sive plenario. Scacc. *d. tr. qu. 17. Lim. 6. membr. 1. n. 3.* & lata in hoc possessorio sententia, tanti præjudicii non est, ut reparari in ordinario nequeat, quicquid etiam Contard. in *d. l. un. in rat. dec. 1. n. 2.* nitatur contra. Lapsus enim in hoc videtur, quod momentaneam vel summarissimam possessionem cum omnia, in qua damnum de facili in petitorio reparari possit, confundat. Clud. *d. l. n. 82.* (3.) Quia sententia in eo lata vera dicitur interlocutoria, ejusque effectum durare saltem eousque, quousque lis super proprietate vel possessione durat, ait Scacc. *d. l. a.* sententia vero interlocutoria, quem provocare haud posse, *ex infra dictis* patebit. Hinc form. sentent. apud Carpzovium, daß die eingewendte Appellation nach Gelegenheit dieses possessorii summarissimi nicht zulässig. V. R. W.

Th. XX. Re vero penitus accuratiusque perpensa, meo, quod tamen pace aliter sentientium dictum velim, iudicio, crediderim, appellationem regulariter quidem esse prohibitam jure civili in summarissimo, sed solummodo quoad effectum suspensivum, permissam vero quoad effectum devolutivum, per textum in *d. l. un. C. si de moment. possess. fuerit appell.* Ubi imperatores rescri-

rescribunt : Licet in momentaneo iudicio appellatio interposita fuerit, nihilominus sententia suum habere debet effectum, ita ut proprietatis ratio integra habeatur. Quem textum ita accipiendum reor, ut prohibitio appellationis tantum ratione suspensivi effectus intelligatur. Ita in terminis & quidem summarissimo tradit Contard. *ad d. l. un. Lim. 3. n. 43.* & post Rot. Bonon. adducit. Petr. Benitend. *decis. 79.* qui hoc ipsum declarat, ut prohibita censeatur appellatio respectu effectus suspensivi, non devolutivi, quod idem tradit Decianus. *consil. 67. num. 8. in pr. vol. 4.* Executionem enim non esse impediendam, licet recipiatur appellatio, propter urgens periculum & ne partes profiliant ad arma. Contard. *d. Lim. n. 40.* Consentit Fachin. *controv. lib. 1. contr. 73.* Mynl. *cent. 6. Obs. 13.* Du. Berger. *in Elect. process. possess. §. 36.*

Th. XXI. Quicquid tamen huius sit; appellari potest in iudicio summarissimo, eo maxime casu, si (1.) sententia damnum continet, quod in ordinario possessorio vel petitorio reparari nequit. Grav. *concl. 7. caus. 2. n. 8.* tunc enim recedendum à regulis juris communis. *l. 16. ff. de off. pres.* Aut (2.) si difficulter reparari possit. Grav. *ibid.* quod multus exemplis confirmat & Lancellottum adducit

cir de attent. c. 12. Lim. 1. n. 104. Res enim quæ haberi non potest, nisi cum magna difficultate, parificatur rei deperditæ vel extinctæ. *Contard. d. l. un. Lim. 1. n. 9.* etiamsi pro parte, non in totum reparari possit. *Cluden. rer. quot. c. 7. n. 96.* (3.) Provocare licet parti, si iudex sequestrum constituit, contra possessionem probatam. *Besold. d. appell. c. 7. n. 9. in fin.* Non enim deneganda appellatio, si iudex neglecta possessionis probatione, mavult ad sequestrum devenire, quam probantem in possessione tueri. Ubi, ait Baldus, constat de possessione per alium prius habita, non debet ejus fieri sequestratio, sed adversarius remittendus est ad iudicium ordinarium. *Conf. 445. Boer. dec. 334.* Conceditur (4.) appellatio, si sententia notoriam & manifestam continet injustitiam, utputa, si reus in iusta possessione esse apparet, iudex vero parti adversæ eam relinquendam pronunciat. *Dec. Conf. 67. n. 14. vol. 4.* Notoria enim regulis juris non subjacent. *c. ad nostram. 3. d. jurejur.* Et Papæ decreto notorie injusto semper contradici potest. *Innoc. & Abb. c. ex liter. de rest. in integr.* (5.) Recipitur appellatio in summarissimo & tunc, quando aliter partium oblata probationes fuerint rejectæ. *Grav. concl. 7. confid. 2. n. 12.* Licita (6.) est

est in summarissimo appellatio, quando secundum modum sive formam hujus judicii non proceditur, admittendo ea, quæ admitti non debent, & omittendo non omittenda, tunc enim recessum videtur ab extraordinario sive summarissimo hoc judicio, & appellatio permittitur. *Natt. conf. 121. n. 3. & 4. Vol. I.* quodlibet enim judicium custodit propriam naturam. *Bald. in l. si quis. 25. C. d. Loc. Cond.* & quilibet modus agendi habet suam naturam & suum effectum. *Abb. conf. 16. num. 3. in fin.* (7.) Si dubium oriatur, de admittenda vel non admittenda appellatione, deferendum esse appellationi asseritur à plerisque. *l. 6. ff. d. appell. recip. Specul. d. appell. Jalon. Conf. 187. n. 9.* Favorabilis enim censetur appellatio & potius præsumitur pro hac, quam pro sententia. *Fran. tit. d. appell. ad rubr. n. 18.* Et in dubio magis præsumendum est, quod sententia sit lata super possessione successiva, quam momentanea, quia dubia & incerta magis sunt præsumenda, quam perpetua. *l. 56. ff. d. cond. indeb. Contard. in d. l. un. Lim. 27. n. 9. Clud. rer. quot. c. 7. n. 112.* Deferendum quoque (8.) appellationi est, si possessorium summarissimum cum petitorio fuerit cumulatum, per *L. un. C. si de moment. poss. fuer. appell. Carpz. Pr. tit. 17. art. 4. n. 32.* Et quod

quod in possessoriis mixtis detur appellatio ad utrumque effectum, devolutivum scilicet & suspensivum, refert Ruginell. *de appell.* §. 2. c. 3. n. 708. Ratio hujus assertionis esse potest: quia causa proprietatis tanquam major, trahit ad se causam possessionis, tanquam minorem. Bald. *in l. un. C. si de mom. n. 8.* vel quia causa possessionis venit accessorie ad causam proprietatis, ideo sequitur naturam petitorii, quod est principale. Contard. *in d. l. un. lim. 2. num. 19.* vid. per illustr. L. B. de Lynck. *Dec. 492.* Nec denegatur appellatio (9.) de Jure Canonico: secundum hoc enim potest appellari etiam in momentanea possessione. Scacc. *d. appell. qu. 17. lim. 6. membr. 7. n. 1.* ubi non solum auctoritates adducit quam plurimas, sed & de opinione communi hanc esse sententiam, testatur *ibidem*. Quod jus secutus est Scabinatus Lipsiens. in causa des von Rabenau *contra* den von Rhau. Sic enim ad questionem respondit: Hat Heinrich Christian von Rabenau, wegen Possess eines Stückgen Holzes, wider den Herrn eine summarische Imolation, bey dem Churfürstl. Sächsis. Ober-Unte in dem Marggraffthum Ober-Lausitz zu Budislin, übergeben, worauf unlangst:

Daß der Herr bey der Possess des streitigen Holz-

Höchstleins, so lange, bis Kläger ein anders
 ordentlich ausgeführet, zu schützen 2c.
 zu Recht erkannt worden, dawider der von Ra-
 benau *Leuterung* und *eventual Appellation* einge-
 wand, und es verlanget derselbe: Ob solche in
 gegenwärtigem Falle zulässig? berichtet zu seyn.
 Ob nun wohl angeführet werden mögte, daß wi-
 der die *in Judiciis possessoriis* ergangene Urthel, in
 denen gemeinen Rävserl. Rechten, einige *Remed-
 ia suspensiva* nicht zuzulassen, auch daß dieses in
 hiesigen Landen, wenn nur *super Possessione pra-
 sentanea* gestritten wird, in acht zu nehmen sey,
 unterschiedlicher Rechtslehrer Meynung ist; die-
 semnach, daß es in gegenwärtigem Falle, zumahl
 da Klägern ordentliche Ausföhrung in angezog-
 ner *Sentenz* nicht unbillig vorbehalten, Statt fin-
 den müsse, zu folgen scheint. D. a. u. d. in de-
 nen geistlichen Rechten, welchen in denen *Proces-
 sualibus regulariter*, und wo ein anders, durch eine
 absonderliche *Proceß-Ordnung*, nicht eingeführet,
 nachgegangen, auch *ab interlocutoriis* und *in pos-
 sessoris judiciis*, ohne Unterscheid zu appelliren
 nachgelassen, von der *Appellation* aber, auf die
Leuterung füglich zu *inferiren*, bishero auch in ho-
 hen und niedrigen Gerichten dieser Lande *Leute-
 rungen*

rungen und *Appellationes in summarissimo Possessorio* angenommen und darauf erkannt, also von denen obangezogenen *Doctores* abgewichen und der niedrigen Meynung beygepfichtet worden, über dieses Kläger die *Possessionem momentaneam* selbst, in der übergebenen *Leuterung* zweiffelhaftig gemacht, und daß seine dießfals geführte *Bescheinigung* nicht genugsam *attendit*, *pro Gravamine* angeführet, welches zu förderst gebührend zu untersuchen, und obgleich dem Kläger die ordentliche Ausführung vorbehalten, dennoch ihm dadurch grosse *Verläufftigkeit* und *Beschwehrung* zugezogen wird, also er, dafern er sich in *presentanea Possessione* genugsam gegründet zu seyn erachtet, nicht unbillig mit seiner *Nothdurfft* zu hören; So ist des von *Nabennau*, wieder den an 7. *Julii* jüngsthin gegebenen *Abschied* eingewandte *Leuterung* vor unzuläßlich nicht zu achten. *Hic tamen non obstantibus, in supremo appellationum, quod Dresdæ est, judicio, appellationem in possessorio summarissimo non esse admissibilem, pronunciat regulariter, ut ex Rivini Enunc. p. m. 1198. constat. Cui sententiæ subscribit Facultas Juridica Lipsiensis, ut ex sequenti patet responso, quod, quia ad illustrationem antea dicto-*

dictorum facit, hic inferere lubet. Haben eure zur Herrschafft Drehna gehörige Unterthanen zu groß und klein Bahren, wegen etlicher von euch bey denenselben geforderten Diensten und anderer Schuldigkeiten, vor der Fürstl. Sächsis. Ober-Unts-Regierung des Marggrasthums Nieder-Lausitz wider euch Klage erhoben, und ihr seyd durch das darauf erfolgte Urthel in gewissen Punkten bey der Possesermeldter Dienste und Schuldigkeiten bey denen Klägern zu suchen, so lange, bis sie *in ordinario Possessorio* oder *petitorio* ein anders ausgeführet, geschützet worden; Nachdem nun dieselben hierwieder eine *Leuterung* eingewandt, und ihr euch darauf nicht einlassen wollen, hingegen aber, daß ihr solches zu thun schuldig, zu Recht erkannt worden, habt ihr wieder dieses Urthel, das in dem Marggrasthum Nieder-Lausitz übliches *Remedium Supplicationis* ergriffen, und wollet anjeko: Ob darinnen soviel, daß ihr euch auf derer Kläger *Leuterung* einzulassen nicht schuldig, auszuführen, des Rechten berichtet seyn; Ob nun wohl sonsten es an dem, *quod de Jure Saxonico à quovis gravamine appellare liceat. Wesenb. in parat. ff. de appell. n. 8.* und insonderheit *de Jure Canonico in Judiciis possessoris appellare sit*

permissum. c. 2. X. ut lit. non cont. auch in diesem Fall *natura & ratio Appellationis & Leuterationis eadem* Jac. Schulc. in *addit. ad Modest. Pistor. p. 1. qu. 22. n. 11.* Daher es das Ansehen gewinnt, daß der Einlassung auf eurer Unterthanen wider euch eingewandten Leuterung, ihr mit Bestande Rechtens euch nicht entbrechen möget; Dennoch aber und dieweil ihr althier in *Possessorio summarissimo* begriffen, und in *L. un. C. si de mom. poss.* ausdrücklich enthalten, *quod in possessorio judicio appellatio non recipiatur*, welches nicht allein, in *Camera imperiali*, teste *Mynsing. cent. 6. obs. 13.* sondern auch, in denen *Judiciis* dieser Lande, also gehalten wird. *Andr. Rauchb. p. 2. q. 6. num. 75.* und was oben von dem *Jure pontificio* angeführet worden, die *Dd.* nicht alleine nur von dem *Possessorio ordinario* verstanden haben wollen, sondern auch zugleich dahin gehen, daß die obangezogene *generalitas Juris Saxonici* hierinnen seinen Abfall leide, wie solches *Carpz. L. 1. Resp. 13. n. 24. seq.* behauptet; Im übrigen eurem Anziehen nach in gegenwärtigem Fall von denen Umständen, welche *Mev. p. 1. Dec. 25. n. 3. & seq.* anführet, und daß alsdann, wo dergleichen sich ereignet, die *Remedia suspensiva* oder *devolutiva* auch in *summarissimo* Statt

Statt finden, erweist, keines vorhanden; Hier-
 nächst, wie sich aus eurer Frage ansehen läffet, an
 Seiten eurer die Sache dergestalt, daß man et-
 was, so zum *Petitorio* gehörig, nicht mit einge-
 menget, noch dieses mit dem *Possessorio cumuliret*,
 beobachtet worden, welches Falles sonst die *Ap-
 pellationes*, oder was denenselben gleich, auch in
 denen *summarissimis*, zuläßlich. Octav. Cacher.
dec 25. So möchtet ihr auch in dem ergriffenen *Re-
 medio Supplicationis* soviel, daß ihr auf eurer Un-
 terthanen eingewandten Leuterung euch einzu-
 lassen nicht verbunden, zu Rechte wohl ausfüh-
 ren. *B. R. W.* *Ceterum valet (10.) appella-
 tio, si sententiæ damnorum & expensarum adju-
 dicatio fuerit inserta. Præjudicia videre poteris,
 L. B. apud Rivin. in Enunc. p. m. 1200. circa fin.*

Th. XXII. Sufficiant hæc de summarissi-
 mo. Jam quaritur: An appellationi locus da-
 tur in possessorio ordinario? Negativam tuetur
Scacc. de app. qu. 17. lim. 6. membr. 3. n. 1. ob ratio-
 nem, quod damnum facile reparari possit in peti-
 torio. *Bart. in l. 2. d. appell. n. 3.* & possessio parvi
 sit præjudicii, etiamsi tractetur de possessione ma-
 gnæ rei. *Clud. rer. quot. c. 7. n. 66. ibique Dd. alleg.*

Sed jure pontificio & Saxonico admittitur provo-
 catio,

catio, c. 2. X. ut lit. cont. c. 15. X. d. restit. spol. & à foro quoque recessisse hac in parte jus cæsareum, testatur Gail. Lib. 1. obs. 147. n. 9. Carpzov. Proc. tit. 17. art. 4. n. 29. seq.

Th. XXIII. Rebus summaris accensentur causa executivæ, h. e. quæ ex instrumentis garentigiatas paratam habent executionem; Germanis audiunt flare Brief und Siegel. Facta enim documentorum productorum recognitione, statim absque alio processu executioni mandantur. Coler. d. proc. execut. p. 2. c. 2. n. 3. seq. Hinc Sere-
 nisimus El. Saxon. in Ordin. prov. d. anno 1555. Rubr. versetzte Brief und Siegel. vers. Und erst darüber erkennen lassen wollte, daß ihnen solches keines weges gestattet, sondern wider ihn, In-
 halts gegebener Brief und Siegel, schleunig soll verholffen werden. Quod reperitum est in Or-
 dinat. polit. d. anno 1612. Tit. Von Justitien-Sa-
 chen. n. 10. & in Ordin. proc. jud. Tit. 24. §. Wenn auch gleich einer. Imo confirmatum in Resol. grav. prov. d. a. 1661. von Justitien-Sachen. Habent enim huiusmodi instrumenta garentigiatas & confesli-
 onata vim sententiæ definitivæ. Col. d. proc. Exec. p. 1. c. 3. n. 28. Idemque est effectus iudicati, con-
 fessi, & instrumenti recogniti. Coler. d. w. p. 3. c.

9. n. 17. seq. Carpz. p. 1. const. 32. d. 4. n. 7. Quapropter quaeritur: An ab executione rei iudicatae aut instrumenti recogniti appellari possit? Negatur, per l. 5. C. quor. appell. non rec. ibi: ab executione appellari non posse, satis & jure & constitutionibus cautum est. Merito sane, quia documenta recognita vim operantur confessionis, l. 25. §. ult. ff. d. prob. l. 19. C. d. fid. instrum. contra confessionem propriam vero, non datur appellatio, l. 2. C. quor. appell. Et si daretur, esset frivola; frivolae autem & frustratoriae appellationes minime sunt recipiendae. c. 5. X. d. appell. Imo non admittit iudicium executivum exceptiones aut contradictiones in altiori indagine consistentes. Const. Elect. 8. p. 1. Proc. ord. jud. tit. 9. in fin. Dec. Elect. noviss. 2. inde frustra ad cognitionem plenariam provocatur, per superius dicta.

Th. XXIV. Nihilominus conceditur (1.) appellatio, si ordo in executione servandus pervertatur. l. 15. §. in vend. ff. de re jud. Scacc. de appell. qu. 17. Lim. 10. n. 23. partim, quia non sperari potest alia definitiva, in qua possit reparari hoc gravamen, partim, quia committitur excessus in exequendo, ab excessu vero executionis datur appellatio, ut infra dicetur. Locus (2.) erit appellatio-

lationi, si nimis properanter iudex, non observatis ab Elect. Sereniss. Sax. in *d. Resol. grav. Tit. von Justitien-Sachen*, requisitis præscriptis, ad executionem contra debitorem venire velit: nam ita sonant verba: Da aber Kläger nur seines Schuldners klare Brief und Siegel, oder andere *Documenta*, darinnen er ihm eine richtige *Summam* Geldes zu bezahlen verbunden, in Händen, und er würde solches, in unsern Aemtern oder andern Gerichten, vorlegen, wenn es Schriftsassen, aus denen Regierungen und Hof Gerichten *Execution*-Befehl auswürcken, auch von denen Urkunden, dadurch er seine Schuld zu behaupten vermeynet, beglaubte Abschrift, nebenst einer richtigen *Liquidation* und Schreiben, darinnen er um *Recognition* Brief und Siegel und *Execution* anhält, zu denen *Actis* geben; So soll der Beamte oder Richter, vor den die Sache gehöret, solches alsobald dem Beklagten, nebst allen Bezeugungen, zuschicken, ihme vollständige Sächsishe Frist, *a tempore insinuationis* an zu rechnen, einräumen, und darneben auferlegen, daß er auf einen gewissen Tag erscheinen, Brief und Siegel, oder andere *Documenta*, dadurch die geklagte Schuld zu bescheinigen, *recognosciren* oder endlich

lich diffitiren solle &c. Certe in insinuatione præcepti executivi spatium 6. septimanarum triumque dierum ita accurate observandum, ut etiam si per appellationem aut alio modo terminus fuerit circumductus, nihilominus adhuc indulgeri debeat. Rivin. *Enunc. 1. tit. 39.* alias admittitur appellatio. Sic in causa Hanßen Ludwigs von S. und Consorten, contra Marthen Elisabethen von T. und Consorten, Curia provincialis Lips. *Term. Luc. 1703.* pronunciavit: Daß in erster Instanz übel verfahren und wohl appelliret, derowegen ein neuer Hülfss-Termin anzusetzen, und Appellanten darzu eine völlige Sächsis. Frist einzuräumen, zu welchem Ende die Sache an vorigen Richter billig remittiret wird. *B. R. W.* Tuto etiam (3.) interponitur appellatio, si in modo excedatur. *l. 5. C. quor. appell. non rec.* puta si executor capere velit pignora majoris valoris quam sit debitum, aut si fiat executio ante tempus, aut in possessionem alieni fundi. *Carpz. Pr. tit. 18. art. 2. n. 24.* De his & pluribus agit Glossa *ad d. l. 5. C. quor. appell.* in verbo *excedat*, quia nulla causa est in mundo, in qua non potest appellari ab excessu modi, ut refert *Scacc. d. appell. qu. 17. lim. 10. n. 28.* Et quamvis sententiæ quis consentiat, tamen non intelligitur

consentire excessui modi, vel formæ in exequendo.
Rebuff. d. exec. sent. art. 7. gloss. 12. n. 4. Scacc. *d. l.*
Carpzov. d. l. ubi hoc refert præjudicium: Daß
 die *Appellation* gestalten *Sachen* nach zulässiglich.
N. N. W. Recte itidem (4.) appellatur, si iudex
 vel rei exceptiones, quæ in continenti & sine longo
 sufflamine per documenta clara, aut alias ex actis
 vel propria confessione adversæ partis probari pos-
 sunt, rejiciat, aut exceptionem in id tantum, quod
 facere quis potest, à merito reo aut aliis oppositam,
 plane non admittat, nec ad eam in sententionando
 respiciat. vid. Scacc. *d. loc. n. 34.* Brevibus: Quo-
 tiescunque exceptiones contra executionem valide
 opponi possunt, toties etiam ab executione appel-
 lari potest, argumento *Dec. Elect. Nov. 2. & tex-
 tum supra allegator.* Quæ autem exceptiones con-
 tra executionem opponi possunt, late vide sis apud
Zanger. d. Except. p. 3. c. 26. n. 54.

Th. XXV. *Causas* inter summarias repe-
 riuntur & causæ alimentorum præsentium & futu-
 rorum. *Ordin. Camer. part. 3. tit. 3. §. Item, so eine
 Parthen begehret Leibes-Nahrung* &c. Marant.
de Ordin. Jud. dist. 9. n. 16. Et hæ appellationem
 regulariter non recipiunt, per ea, quæ traduntur à
Scacc. qu. 17. Lim. 7. per tot. Ratio esse potest, quia
 ali-

alimenta dilationem non admittunt, id autem quod dilationem non patitur, haud permittit appellare. *l. fin. ff. d. appell. rec.* Struv. *Exerc. L. th. 4.* maxime quando agitur cum inope. Brederod. *d. appell. p. 1. tit. 19. in verb. aliment.* Recte tamen provocatur quoad effectum devolutivum, quamvis, ut loquuntur, non suspensivum. Contard. *in l. un. C. si de moment. lim. 3. n. 54.* Scacc. *d. appell. qu. 17. lim. 7. n. 14.* Procedit etiam appellatio in alimentis præteritis, quoniam ratio pietatis & favoris cessat in illis, consequenter cessat & privilegium. Scacc. *d. l. in fin.* An is, qui alimenta petit, contra sententiam sibi contrariam interponere appellationem valeat? exinde dubitari potest, quia, quod quisque juris in alium statuerit, eodem jure ipse uti debet. *Tit. ff. quod quisque juris.* nec debet actori licere quod reo non permittitur. *l. 41 ff. d. R. 7.* Sed merito appellat, quia ipsa administratio justitiæ postulat, ut quædam actori liceant, quæ reo non licent, *l. 83. §. 1. ff. d. V. O.* favorque damni vitandi major, quam lucri captandi. *d. l. 41. §. 1. ff. d. R. 7.*

Th. XXVI. Causas summarias excipiunt ordinariæ. *vid. Thes. 12.* & sunt in quibus secundum formam & modum LL. præscriptum proceditur.

ditur. Zang. *d. except. p. 1. c. 1. n. 56.* Regulariter talis habetur causa omnis, donec probetur summaria. Carpz. *Pr. tit. 1. art. 1. n. 47.* Brunnem. *d. proc. civ. c. 1. n. 72.* plenamque requirit cognitionem. Gloss. *in l. 3. §. 13. ff. ad exhib.* Interim in causis ordinariis partes saepius inter se compromittunt, hoc vel illo remedio suspensivo aut devolutivo se uti nolle. Hinc incidit quaestio: an renunciatus appellacioni provocare possit? Negative id deciditur ab Ulpiano *in l. 1. §. 3. ff. qui & à quib. appell. non pot. l. fin. §. ult. d. temp. appell.* Si quis, inquit, ante sententiam professus fuerit, se à iudice non provocaturum, indubitate provocandi auxilium perdidit. Nec desunt auctoritates Dd. quos longo agmine adducit Scacc. *d. tr. qu. 17. Lim. 2. n. 1.* Imo renunciari potest appellacioni, tam expresse quam tacite, ut variis modis declarat modo laudatus autor. *d. l. n. 12. & n. 69. seq.* Tacite appellacioni renunciassse censetur & is, qui vel ob eandem causam, contra eundem adversarium, pendente appellacione, alium implorat iudicem, vel extrahit rescripta & mandata electoralia. Rivin. *ad tit. proc. El. 30. En. 66.* ubi ita iudicatum: *Daß die interponirte Appellation desert. &c. &c. & appellan- tem in expensas condemnatum, refert.* Interim appel-

appellare haud prohibetur principalis, si procurator speciale mandatum non habens appellationi renunciauerit. Bald. in l. fin. §. ult. C. d. temp. appell. Brederod. d. appell. Tit. 11. verb. procurator. Scacc. d. l. n. 85. licet etiam ipse eam interposuerit, quia hujus generis renunciatio quaedam videtur donatio, quam à procuratore fieri posse, negat Brederod. d. l. Sic quoque decisum à Senat. Appellat. Drel. in causa der Gemeinde zu Quenstedt, contra die Stifts-Probstei zu Quedlinburg: Wir den Appellaten, daß N. N. von seinem Principalen der Probstei, zu der in his actis befindlichen Renunciation, der in erster Instanz eingewandten Leute- rung, eine special Vollmacht gehabt, bescheinigen, unmassen ihnen 2c. 2c. So ergeheth 2c. 2c. Recte etiam appellare videtur is, qui appellationi renunciauit, si conqueritur de nullitate commissa, modo nullitatem in schedula appellationis expresse alleget. Scacc. d. l. n. 126.

Th. XXVII. Partes, citationibus iis legitime insinuat, in iudicio comparent, vel non. Quo ultimo casu dicuntur contumaces. Inde quæri potest: an contumax condemnatus appellans audiiri debeat? Quod negatur ut plurimum, per l. 11. §. 3. C. d. jud. l. 1. C. quor. appell. Specul. tit. de app.

Lib. 2. n. 1. Rebuff. d. appell. art. 7. Gloss. 2. num. 7. Mar. in spec. p. 6. membr. 2. n. 19. modo quis sit contumax verus, h. e. legitime citatus, tamen non comparens. *vid. Dd. alleg. & Carpzov. Proc. tit. 18. art. 2. n. 35.* Contumax enim habetur pro rebeli, cui tanquam indigno appellationis aufertur beneficium, cum id non malitiæ, sed gravatorum sit clypeus. *Scacc. d. jud.* Si tamen legitima omiſſa fuerit citatio, non denegatur provocationis remedium. *Marant. d. l. n. 206.* quia pro vero contumaci centeri nequit. Hinc appellationes in foro Saxonico, teste *Carpzovio d. l. n. 40. seq.* recipiuntur: nec se responsioni ad iustificatam appellationem subducere potest appellatus, ex hac regula: quod contumax non appellet; Id quod & tunc procedit, si appellans allegat impedimenta, quæ à contumacia ipsum excusant. *Rivin. ad tit. pr. El. 10. En. 69. Carpz. lib. 3. Resp. 112.* aut etiam, quod ex proæresi contumax non fuerit, juramento confirmare velit. Ita enim pronunc. à Scabin. *Lips. o. n. w.* sonst bewährter Rechts-Lehrer Meinung nach, diejenigen so in vera contumacia zu befinden sich des beneficii Leuterationis oder Appellationis nicht zu gebrauchen; dafern aber dennoch die Beklagten, vermittelst Körperlichen Eydes erhalten können

können, daß sie aus vorseßlichen Ungehorsam nicht, sondern bloß, weil sie dafür gehalten, daß 2c. 2c. So mögten sie *pro contumacibus* nicht geachtet, sondern mit der *Appellation* noch wohl zugelassen werden. Vid. Rivin. p. m. 1195.

Th. XXVIII. Partes postquam in iudicio comparuere, & suis positionibus audita sunt, fertur causa controversa decisio. Quae est vel interlocutoria, ein Bey-Urtheil, vel definitiva, ein Haupt-Urtheil. Illa iterum dicitur vel simplex, quae fit tantum de articulo incidenti, negotiumque principale non afficit: vel mixta, quae vim definitivae habet. Gail. lib. 1. obs. 29. n. 2. Hic controversitur: an ab interlocutoria detur appellatio? Quod negatur jure civil, per l. 16. C. de judic. ubi ratio apponitur: ne lites in infinitum extendantur. l. 2. ff. de rec. app. l. 7. C. quor. appell. Imo potissimum signum ad cognoscendam interlocutoriam hoc est, quando ab ea non datur appellatio, ut ex Contard. refert Scacc. qu. 17. Lim. 47. n. 1. circa fin. Sed quamvis haec negativa habeatur jure civili pro regula, Brederod. d. appell. tit. 20. in verb. interloc. nihilominus tamen Duenazius, quatuordecim ejus recenset exceptiones, prout videre est apud Godofr. in not. ad L. 2. ff. d. appell. rec. l. non.

Con-

Conceditur appellatio etiam de jure civili ab interlocutoria (1.) quando gravamen citra provocationem non reparari, aut sane non, nisi difficulter restitui possit. Breder. *d. l. Scacc. d. l. num. 84. & 86.* Godofred. *ad l. 7. quor. appell. n. 25.* v. c. si iudex libellum ineptum & obscurum esse pronunciat, vel copia actorum denegatur. *l. 2. C. ut lit. pend.* plura exempla vid. apud Brederod. *d. l. Scacc. d. l. n. 90.*

(2.) Datur appellatio, quando interlocutoria tangit substantiam negotii principalis, exemplum est in *l. 39. ff. d. minor.* seu vim habet definitivæ, ut quando iudex se pronunciat competentem, dum non est, ut scribit Scacc. *d. l. n. 175.* Coeterum hodie ab interlocutoria (3.) Jure Canonico recte appellatur, quia illo jure à quocunque gravamine appellare licet, *c. super eo. 12. X. d. appell.* Rittershus. *d. diff. J. C. & Can. lib. 3. tit. 21. n. 3.* Diversitatis rationem inter Jus Civ. & Can. allegant hanc: quia si reparatio gravaminis differretur ad causam appellationis à definitiva, posset evenire, ut interim gravato periret facultas probandi gravamen. Sic jus civile præberet causam, ut gravamen esset irreparabile, at sancta æquitas Pontificis hanc irreparabilitatem tolerare non potuisset. Sed opinione Cyni *ad L. 7. C. quor. appell.* perivasus potius credo,

do, vagam hanc appellandi licentiam ex infatiabili quadam Clericorum avaritia promanasse, quicquid etiam contra nitatur Scacc. *d. l. n. 74.* Interim Jus Canonicum hac in parte quoque imitantur Saxones. Carpz. *Pr. tit. 18. art. 2. n. 7. § Lib. 3. Resp. 48. n. 10.* Add. *Ord. Cam. p. 2. tit. 17. §. fin.*

Th. XXIX. Definitive si iudex pronunciat, quaestio est: an à tertia sententia cum duabus prioribus conformi provocetur? Quod jure civili iterum negatur, per *l. un. C. ne lic. in una ead. causa.* ibique glossa; qui enim succubuit in duplici appellatione, non potest tertio appellare super iisdem articulis: quin & jure Canonico idem servatur. *c. 65. X. d. appell.* tum quod jura non praesumant, aliquem toties gravari in eadem causa à diversis iudicibus, tum ne lites immortales fiant. *l. 13. C. d. jud.* Sed recte hoc casu appellatur Jure Camerali, juxta tradita Gail. *l. Observ. 32. n. 3.* Mynsing. *c. 1. obs. 15.* & Jure Saxonico, ubi etiam post sex conformes sententias ad supremum appellationis tribunal Dresdente provocare quis potest, docente ita Carpz. *Pr. tit. 17. art. 4. n. 9 seqq.* idque propterea ne ob multas instantias fraus fiat iudici appellationum. *d. l.*

Th. XXX. Pauca adhuc restant dicenda

G

de

de causis criminalibus: an nimirum in his locus
 detur appellationibus? quod merito, ob genera-
 lem eamque inveteratam totius fere Germaniæ
 consuetudinem, negatur. R. I. d. anno 1530. *Als ietzt*
etliche Zeit her, von Peinlichen Sachen vielfältig
an unser Kayserlichen Cammer-Gericht appelli-
ret, auch dieselbe Appellation angenommen, und
darauf Proceß erkannt worden, solches aber den
alten hergebrachten Gebrauch im Heil. Reiche
zuwider etc. etc. vide etiam his C. G. D. P. II. tit. 28.
§. 2. Cothm. vol. 1. Respons. 16. Mynsing. cent. 4.
obs. 41. Carpzov. Pr. crim. p. 3. qu. 139. forte ea ex
ratione: quod in criminalibus pœnæ sint certæ,
nec inquisiti condemnentur, nisi probationibus
sole meridiano clarioribus convicti, aut testibus
propriaque confessione superati fuerint. Carpz.
d. l. Dictaque non solum obtinent in Camera,
sed in quocunque judicio, cui altam exercere juris-
ditionem à principe concessum est. Perillustr. L.
B. de Lyncker, in elegantissimo hac de materia
Responsò 55. n. 57. quicquid contradicant Oldekop.
& Blumlach. Verum enim vero si causæ crimi-
nales per modum accusationis, quod etsi raro, ta-
men fieri potest, tractentur, recte provocatur jure
civili, l. 1. l. 14. l. 20. l. 29. C. de appell. §. c. l. 3. §. ult.
ff. qui

ff. quilest. fac. poss. Gomez. l. 5. variar. resol. c. 13. n. 31. Eckold. ad ff. tit. d. appell. §. 8. tam ab interlocutoria, quam à definitiva. Carpz. pr. crim. p. 3. qu. 139. n. 35. cum hac tamen limitatione, ut ad Cameram imperialem provocatio dirigi non possit. d. R. l. d. §. So setzen und ordnen wir, daß hinfürder in Peinlichen Sachen keine Appellation angenommen, sondern damit nach alter hergebrachten Gebrauch gehalten werden soll. Just. Oldenkop. d. appell. in caus. crim. n. 6. Interponi etiam potest eo casu, si de levi agatur crimine, quod poena corporis afflictiva non coercetur, ut Dd. tradunt communiter, teste Carpzovio Pr. tit. 17. art. 4. n. 47. itemque si super forma processus conqueratur appellans. Nebelkra. dec. 27. aut simul nullitatis querela cumuletur. Mev. p. 2. Dec. 273. Gail. l. obs. 135. n. 4. Legi omnino meretur Perillustris L. B. de Lyncker Responsum supra laudatum.

Th. XXXI. Prolixior in themate nostro esse, nec non, absolutis causis non appellabilibus, quodnam fatale appellationis interponendæ atque justificandæ? intra quod temporis spatium apostoli petendi & impetrandi? & quisnam sit effectus interpositæ in causis non appellabilibus provocationis? dicere poterem. Sed cum hæc par-

tim in aliud tempus reservare duxerim, partim ex
 processibus judicialium scriptoribus peti & hauriri pos-
 sint, temporis & instituti rationem habens, eo me
 remitto, & pro hucusque concessa clementia Di-
 vine Majestati humillimas referens grates, ipsius
 omnipotenti protectioni me totum, omnesque
 meas actiones, benevoli autem Lectoris æquæ ac
 placidæ censuræ theses has inaugurales ob-
 servanter & amice com-
 mitto.

SOLI DEO GLORIA.

